

Dela bona Voluptate. Dela memoria deli beneficij de dio. Dela puritate delo Core. Delo Animo libero. Dela reſtitutione delo ſpiritu. Dela Mente deuota. Dela illuminatione dela Mente. Initium C. I. Dilectiſſima in chriſto iheſu Sorella ſe tu voy conſequire et trouare quello che tu deſideri &c. Adiectae ſunt Tridici Ration ad grande deuotione prouocatiue. Item Quindici perfectiune neceſſarii ala perſonā che vole ſeruire ad dio in nela uita ſpirituale. Atque ad harum calcem: Anno domini M^o. CCCC^o. LXXXVII. Ind. VI. (V.) die XVI. menſ. nouenber.

VI. fol. 138. Doctrina beati Bernardi. Init: Si plene uis aſſequi, quod intendis &c. Inter Opuscula Bernardo ſubpoſita legitur Edit. Maur. ſuprac. T. V. col. 797. inſcripta: Brevia Documenta.

VII. fol. 141. p. 2. Yncipit quedam Vite religioſe et norme nouiciorum. Initium: Reformamini in nouitate ſenſus ueſtri &c. Inter Opera Bonauenturae Edit. Lugd. 1668. T. VII. p. 623. inſcribitur Regula Novitiorum. Caput ibi ult. de Silentio tranſpoſitum eſt in Codice.

VIII. fol. 172. Putida illa Lentuli Procoſ. Relatio de Perſona Chriſti, hic inſcripta: Quidam nomine lentulus dum eſſet in partibus iuda ut apparet in annalibus. Adi Fabricii Cod. Apocr. N. T. p. 304. in cuius exemplo ſervator altam ſtaturam et capillum uinei coloris, in noſtro vero medio-crem, et capillum colore nucis

auellane premature habet. Haec nempe fabularum eſt conditio.

IX. fol. 173. Incomenza la deuota opereſta de ſancto Bernardo abbate clauallenſe chiamata ſpechio de monachj. Initium: Si alcuno deſideruſo de emendare la vita ſua eſſendo ſollicito &c. Ad Arnulſum de Boberis pertinet, et legitur inter Bernardo ſubpoſita T. ſuprac. col. 799. Totam hanc collectionem ad quoddam Virginum religioſarum Contubernium olim pertinuiſſe, credibile eſt.

CCLXII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 87 XV. Folior. nunc 66. 4. eleganter perſcriptus, vocibus graecis recentius ſubpletis, Titulis Opusculorum, Initiis et Clauſulis picturatis, ſed foliis primoribus, quae certo certius Mathiam Coruinum loquebantur, mulctatus ſequentes magni Athanaſii Ep. Alexandr. a. 373. Superis additi Tractatus completitur: I. Librum alterum, ut e calce praeoccupo, contra impium Apolenarem de ſalutari epiphania Chriſti. Mutilus eſt, ut dixi, euulſo fortassis ad celandum furtum initio, ita, ut nunc incipiat a verbis: inuiſibiliter quidem dei intelligibilis et iure exiſtentis. uiſibiliter autem hominis palpabilis et exiſtentis &c. quae graecis: ἀορατός μὲν θεῶν νοητὸς καὶ ὄντος ἀληθῶς, ὁρατός δὲ ἀνθρώπων ψηλαφώμενος καὶ ὑπαρχόντος ἀληθῶς, n. 2. edit. Maur. Paris. 1698. T. I. P. 2. p. 941. f. reſpondent. Exactior hic Ver-

Verſio eſt; an vero antiqua noſtra ad *Omnib. Leoniceum*, ad *Ambr. Traverſarium* ſeu *Camaldul.* vel ad alium quempiam pertineat, nemo eorum, quos quidem inſpexi, prodit.

II. fol. 15. Incipit liber beati *Athanaſij. de diuina et conſubſtantiali trinitate, et de inhumanatione* (περὶ σαρκώσεως) uerbi contra impium *Apolenarem*. Ita: Pius quidem modus ſine labore eſt dilectiſſime taciturnitate colere uniuerſum (το Παν) &c. En Librum, qui paſſim duorum prior audit, et in Editionibus, et, ut ajunt *Mauriani* in *Monito* T. cit. p. 921. in omnibus *msſ.* praecedenti anteponitur, quod in Codice praesenti ſecus accidit, parum tamen ad rem facit.

III. fol. 31. p. 2. Incipit liber beati *Athanaſij de apparitione dei Verbi in carne*. Initium eſt: Qui uerſute diuinas ſcripturas intelligere uolunt, inhumana uerba paupertatis in filium dei transferre cupiunt &c. Non eſt *Leonice* Verſio, ut patet conferenti Editionem *Vicentinam* 1482. f. Opusculorum ab eo traductorum, ad cuius calcem qui legunt: *Athanaſii opus contra gentiles feliciter finit*; facile inducuntur, ut credant, aliud nihil in illa Editione contineri, cum tamen *Tractatus* VIII. diverſi in ea contineantur. Noſter ibi habetur fol. l. 2. et in *Maur. cit.* p. 871. Quod ſupra legiſti: *inhumana uerba*, librarii lapſus eſt pro ἀνθρώπινα ἔηματα. Scribendum erat: Qui — ii humana uerba.

IV. fol. 47. Incipit eiusdem beati *Athanaſij ad Adelfium Episcopum et Confessorem*. Omittitur: *Contra Arianos*. Initium: *Dilectiſſimo et amantiſſimo adelfio episcopo et confessori. athanaſius archiepiscopus. Et qui in alexandria ſunt fratres in domino ſalutem*. Formulam hanc non habent *Mauriani*. T. cit. p. 911. Inſpicientes litteras que a tua ueneratione ſcriptae ſunt. tuam quidem pietatem uere in christo amplexi ſumus &c. Extrema ſunt: *Saluta diligentes dominum noſtrum iheſum christum*. Itaque et nobis deſunt illa: Εἰς ἡμᾶς καὶ μνημονεύειν &c.

V. fol. 52. p. 2. Incipit eiusdem ad *Maximum philosophum. Domino meo amantiſſimo filio maximo philosopho. Athanaſius Salutem*. Titulus paullo aliter apud *Maur.* T. cit. p. 918. Inſpicimus que a te modo ſcripta ſunt, tuam quidem beniuolentiam amplexus ſum &c. Scribendum erat: Inſpiciens, ἐντυχῶν. Extrema corrupta: in ſpiritu ſancto impii et gentem, puto: impie agentem, δυσσεβῶν. Abest igitur formula: Πρωταγορεύει παντας &c.

VI. fol. 55. Incipit eiusdem de incarnatione dei uerbi feliciter. Sic: *Confitemur filium dei, qui ante ſecula ſempiternae ex patre natus eſt.* &c. Comparet inter *Dubia* apud *Maur.* T. II. p. 1. inſignitus apud *Cyrillum Alexandr.* T. V. *Opp. Paris.* 1638. P. 2. p. 47. f. *Athanaſii* nomine, ſed fortasse *Eutychianorum*, quorum errori de una *Christi* natura favere videtur, *Commentum*, et *Cyrilli*

Operibus ab ejus obitu infarctus. Consule praeivium *Maur. Monitum*.

VII. fol. 56. p. 2. Incipit ejusdem. *Dilectissimo pape et ei qui (cum) ipso est clero et qui in perforum prouincia habitant (et) in fide dei firmati sunt. Athanasius in domino gaudere. Nugae graeci hominis, fortasse Athanasii, certe non Alexandrini, quarum Αυτογεαφον graecum nemo prodidit, Versionem latinam, et quidem nostram, Roma ad se missam Mauriani T. II. p. 716. vulgarunt cum Monito praeivio, quod consule, si lubet. Init. Epistola: Sancta et diuinitus inspirata Scriptura &c.*

VIII. fol. 58. p. 2. *Dionysii Episcopi alexandrie ad paulum Samosatenum incipit feliciter. Ita: Dilectissimo fratri paulo episcopo antiochie &c. Et primum scribente te scripsimus adtrahentes te &c. Pseudathanasius superior hanc Pseudodionysii Epistolam pariter hic e graeco versam cum sua ad Persas mittit. Itaque haec illam etiam l. cit. p. 717. excipit. Versio eadem, quae Codicis.*

IX. fol. 62. p. 2. Incipit *Orthodoxi et Apollinaristae Dialogus de Christo. Sancti Athanasij feliciter. In hunc modum: Orthodoxus dixit. Corpus humanum habuit Christus an non? Apolenares respondit. Non. &c. Edidit Mauriani T. II. p. 471. Dialogos V. de Sancta Trinitate, quorum IV^{us}. noster praesens est, meliore tamen Versione stipatus. Athanasii non esse, neque Theodoretii, sed aut Maximi, aut incomperti Autoris,*

Monitum ibi praeivium pluribus exequitur. In Codice his verbis abrumpitur: sic et ipsius vox est vox anime. Quae respondent graecis: Ουτως αυτη φωνη η φωνη της ψυχης, edit. *Maur. cit.* p. 530. sub finem n. 8.

Codicem e Bibliotheca Budensis ad *Job. Fabrum Ep. Vien.* deuenisse notum Περγαμου illius in anteriore theca docet, transivisse vero per manus *Job. Alex. Brassicani*, credibile facit Testimonium *Photii* de Sermonibus S. *Athanasii*, calamo *Brassicani fol. ult.* adscriptum, quod ad verbum defumfisse videtur e supra memorata edit. *Vicentina 1482.* ubi, et bis quidem, fol. b. et c. 7. habetur.

CCLXIII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 85 XV. Folior. 42. f. min. nitide exaratus, fronte & initiorum literis auratis, picturatis, verisimiliter olim, quamvis, quod sinistri omnis est, erasa sint regia Insignia, ad Bibliothecam *Corvinianam* a morte *Matthiae* non satis custoditam pertinens, dein ad *Job. Cuspinianum* delatus, ut ejus *Μογγεαμου* literis C M P id est, *Cuspinianus Medicus Poeta*, constans, et a *Conradi Celtis Protuceii Poetae* Siglis C C P P sibi obversis probe distinguendum in aditu testatur, demum, ut triplici testimonio firmatum est, *Job. Fabri Ep. Vien.* ab eoque suo ad *D. Nicolaum Collegio* legatus anno 1540. continet *D. Basilii Ep. Caesarens. Homilias in Εξαμπερον,*